




SEVERVS qui & Seuerianus, natione Lucanus, apud Ra-
uennam Imperator factus, & Augustus salutatus est. Borgum Ala-
norum regem superauit, & propterea lauream meruit. III. Imperii
sui anno, vel, vt alii volunt, IIII. Romæ propria morte, aut veneno
defunctus est.



ASPAR non Imperator fuit, sed tanta valuit potentia, vt Leo-
nem ex Tribuno militum, Cæsarem crearet, ea conditione, vt Ar-
daburium filium suum adoptaret, quod & Leo fecit. Id cum inno-
tuit, à populo Aspar, cum Ardaburio Cæsare iam creato interfe-
ctus est.



ANTHEMIVS gener Martiani Imperatoris, opibus &
gen